



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

SSS. Samonas, Gurias Et Abibus MM. 15. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

SSS. SAMONAS, GURIAS ET ABI-  
BUS MM. 15. Novembris.

T Riumpharunt tergemini Heroës isti  
Edeßæ. Alii multa eorum miracu-  
la, nos unum narrabimus. Erat Edeßæ  
mattona vidua Sophia, & huic filia Eu-  
phemia; illam virtus, hanc etiam for-  
mæ gratia commendabat. Sed & miles  
præsidarius Gothus erat, qui oculis  
puellæ captus eò demum matrem per-  
pulit, ut barbarum sacerorum quām ho-  
stem mallet. Priùs tamen jurare sibi  
hunc ad Martyrum nostrorum tumbam  
conceptis verbis voluit, eo loco habi-  
turum se novam nuptam, quo socii thori-  
fides juberet. Facile jurare militi fuit.  
Ergo in Italiam abducit Euphemiam,  
non dominam, ut ipsa rebatur sed ser-  
vam planè, ut qui domi conjugem pri-  
dem habebat. Huic insuper forma tam  
liberalis in ancillâ minimè placebat.  
Multò maximè libertus ex eâ natus dis-  
plicebat. Itaque dolorem vultu & impe-  
riis vindicat, partum veneno tollit. At  
Euphemia reliquias hujus ab ore filioli  
legit, meroque miscens novercam in-  
fantis Manibus inferias mittit. Ipsa utri-  
que parentatura, tumulo hujus à cognatis  
includitur. Sed adfuere tandem fide jus-  
soes GURIAS, SAMONAS & ABI-  
BUS, & Euphemiam somni beneficio

Yy 5

trans-



714 VITÆ SANCTORUM. 16. Non  
transvectam patriæ & parenti reddide-  
runt. Subinde & Gothus adest; roganus  
à Sophiâ de filiâ & nepote, saluum u-  
trumque & ab utroque salutem nuntiat,  
venturis utique, si gradum militarem  
gradi vel mulier vel infans potuisset. Ve-  
rū perfidiæ à producta ex adytis Euphe-  
miâ convictus capite pœnas dedit, & oc-  
cedit ecce puer Amor, cui ingens Mars  
pepercit. *Ex Metaphr.*

*Quid potest tibi mundus conferre sibi  
Iesu? Esse sine Iesu gravis est infernus;  
& esse cum Iesu dulcis paradisus. Qui  
invenit Iesum, invenit thesaurum bo-  
num, inquit bonum super omne bonum; &  
qui perdit Iesum, perdit nimis multum,  
& plus quam totum mundum. Thom. de  
Kemp. 1. 2.*

B. ALBERTUS MAGNUS.  
16. Novembris.

**A**LBERTUM, quem nobis Lawinga  
Suevorum dedit, MAGNUM fecit  
*Virgo Magna*, in cuius clientelam parvulus  
se dedit. Atque hæc adspectabilis  
ALBERTO, monuit ad D. Dominici  
castra transiret. Ivit ALBERTUS; ve-  
rū quod indolem ad studia tardiorē  
attulisset, penè stationem suam tyro de-  
seruit. Iam fugam paranti & scalas ad-  
moyenti cæli scala VIRGO iterum se obie-  
cit, utque animos ALBERTO ficeret, juf-  
fit